mes antiquitus vocabantur. quorum ritus fuit  
mirabilis ante q̄ a cultura demonū ad vnius  
dei fidem et cultum per germanos cogentur  
nam deos plures adorabant / propbanis et  
sacrilegis sacrificijs responsa a demonibus et  
quirebant / augurijs diuinationibus serue-  
bant / mortuorum cadauera tumulo non tra-  
debant sed potius sc̄o rogo maxim o vsq̄ ad  
cineres comburebant. post mortem suos ami-  
cos nouis vestibus vestiebant et eis pro via-  
tico eius oues et boues et alia animantia exhi-  
bebant seruos etiā et acillas cū alijs reb̄ ip̄is  
assignātes vna cū mortuo et reb̄ alijs incen-  
debant. credentes sic in censos ad quandam  
viuorū regionem feliciter p̄tingere et ibidem  
cū pecorū et seruorū sic ob gr̄am dñi cōbustorū  
multitudine felicitatis et vite temporalis pa-  
triam inuenire. hec patria tali errore demonū  
antiquissimo tempe fascinata / modo in parte  
magna cum multis regionibus subditis vel  
amictis diuina p̄cedente gr̄a et coopante ger-  
manorum potentia iam creditur a p̄dictis.  
esse erroribus liberata.

**I**tria sinus est maris et portus et  
ciuitas maior listra dicitur. a qua  
de siria panphilia in italiam nauigatur.  
vt patet Actuū. xxvij. Dec autē regiove-  
ro nomine dī licaonia / cuius ciuitates dicunt  
fuisse listra et derben / ad quas paulus et bar-  
nabas ab iconio fugerunt / vbi sanato viro in  
listris licaonice barnabā iouē et paulū merca-  
rium vocauerunt / et eos adorare voluerunt /  
vt dicitur actuū. xiiij.

**I**dia sedes est antiqua regnorū /  
quā fluuius pacto exulit indijf-  
torrentibus aureis. hec aurea moe-  
nia dicebatur. que dum pre breuitate duos re-  
ges fratres sc̄z lidū et airenū ferre nō posset.  
hinc p̄ sortem airenus est ingenti multitudine  
p̄fectus loca gallie occupauit et aireneam no-  
minauit. Lidis autem a lido fratre rege salic̄z  
q̄ remanserat in puintia cognominata est. co-  
iungitur ab occidente minori frigie / habens  
similiā urbem ab oriente quā belles fluuius  
tingit / cuius campos pactus bennus airā

fluunt barenis aureis locupletes. vt. d. l. i. li.  
xv.

**L**ibia regio est magna in affrica sic  
dicitur. eo q̄ libe. i. ventus affricus  
inde fiat. vt. d. l. i. li. xv. Alij dicunt  
epasum filiū iouis qui etiam nephi in egypto  
condidit excaforia vxore sua filiā nomine libi-  
am p̄casse que postea in affrica regnū posse-  
dit. ex cuius nomine / illa terra fuit deinceps li-  
bia appellata. Est autem libia in p̄ncipio af-  
frice posita / cui ab oriente est egyptus / ab oc-  
cidente sireos maiores et trogodite / a septen-  
trione mare libici a meridie ethiopiā et bar-  
bariā. varie nationes et solitudines inaccessi-  
biles p̄pter bestias feroces serpentes / draco-  
nes q̄ p̄creant basiliscus. huicq̄ isido. li. xv.  
Est autē libia terra feruida et pusta / multā ge-  
nerās i diuersis locis monstruosa et venenosa  
et multa in diuersis p̄tibus p̄ciosa / vt pura gē-  
mas p̄ciosas / aurum / et argentum / in magna  
copia frumentum / vinum / et oleū / et varia a-  
romatum genera. primū autē originem cōtra-  
xerūt habitatores libie apud bericon filio chā  
vnde fluuius currens p̄ libiam et maritimam  
pub dicitur et omnis regio computensis no-  
minatur. (vt. d. glo. sup. gen. xi.)

**L**ibozingia germanie ē quasi vl-  
tima et finalis puintia a rege lo-  
cano nominata. hec ab oriente ha-  
bet retiam siue brabantiam / a meridie renun-  
et alsatiam ab occidente galliam senonensem /  
a septentrione galliā belgicā / hanc mosa flu-  
uius p̄terfluit. in hac ciuitas metis consistit.  
Est autem regio in multis locis fructifera / vi-  
nifera / fontibus et annibus irrigua / montuo-  
sa / siluestris / et nemorosa / feris / pecudibus /  
et armentis / secunda. Sens est mixta / ex galli-  
cis et germanis / fontes h̄z mirabiles et medi-  
cinales ex quorum potu languores varij sauā-  
tur.

**L**isibamel hispanie ē puintia pa-  
asim flumē et vagia opidū et ere-  
gio metallis referta / h̄is aur̄ et ar-  
gentū fer̄ et plūbū albū atq̄ nigrū. d. pli. li.  
iij. c. lxxij.

**M**auritanea a colore populorū ē vo-  
cata quasi nigrū hominū patria.  
greci em̄ nigrū mauron vocant.  
Sicutēi galli a cādore p̄p̄ti sūt dicti / ita mau-  
ri a nigro colore nomen sūt sortiti / cuius pri-  
ma stipbensis est. que stipbi habuit opidum  
a quo etiam vocabulum tranisse regio perbi-  
betur. Alia vero prouincia mauritanea ces-  
sariensis. que colonia cesane Luitatis.



## De prouinciis

fuit et nomē puuicie dedit. vtraq; igitur puuicia que sibi inuicem sunt cōiuncte / ab oriente numediam habent / a septentrione mare magnum / ab occasu flumē maluā / a meridie montem astrum / q̄ discernit inter secundā terram et harenas facientes ad oceanuz. alia est mauritanea cingitana que sic a cingi metropolitana ciuitate est vocata. hec vltima pars est affricę et exurgit a montibus septem / habēs ab oriente flumen maluā / a septentrione fretum candidarum / ab occasu oceanum atlanticū a meridie glansasum gentes vsq; ad oceanū hesperum penetrantes. et est regio gignens feras / simias / dracones / et strutiones / et elephantes. bucusq; isido. li. xv. Pli. aut. d. li. v. c. ij. i mauritanea inquit est ancologens que inhabitant iuxta atlantē montē versus oceanuz in loco nemoroso / scabris fontū irrigua. vbi sponte nascuntur omnia genera fructuum nec vniq; sacietas desit voluptatibus incolarum. Est autē locus ille elatus sup nubila atq; in vicina lunaris circuli. et dicunt eundē locū noctibus mutari crebris ignibus et egyptanorū satiriorūq; lasciuia in rybiam ac siltule cantu typanorū q̄ cimbalorū sonitum p̄strepe. sicut celebres auctores pdiderunt. Crescunt autē ibi arbores mire p̄citatatis quarum folia sunt odorifera et sunt similia ap̄lo q̄ tenui lanugine sunt obducta de qua vestes cōficiuntur addita arte sicut de bombace. ibiq; crescit herba que d̄ euforbia a suo inuentore sic appellata cuius lactan. succum uiris laudibus extollit i dantate visus et contra serpentū icus et venena. vt. d. idem ibidem.

**M**acedonia in errore ab ematio rege ematia fuit dicta sed macedo deucaltonis. Nepos postq; ibi habuit p̄ncipatum mutauit vocabulum et eam macedoniam a suo nomē nūcupauit. vt. d. isido. li. xv. Est autem cōfinis ab oriente egeomari / a meridie achate / ab occasu dalmance / a septentrione messie. vt. d. idem fuit autem patria alexandri magni et regio in aureis venis et argento optima / lapidē quē turem vocant gignit. In eadē puuicia est mons olympus q̄ excellenti vertice tantum extollitur. vt in eius cacumine ne nubes nec venti nec mines sentiuntur. vt dicit idem. De macedonia autē. d. pli. li. iij. c. xi. Macedonia autem ematia dicta terrarum imperio est posita. becasiam / armeniam / biberiam / albaniam / capadoniam / siriā egyptū / taum / caucasum / est transgressa. hec in bacris medis p̄sis d̄nata est / et possedit totaliter orientem hec sez indie nutrixq; vestigia

liberi patris et herculis euagata. hec est illa macedonia / cuius vno die paulus emilus impator. lxx. vrbes direptas vendidit. vt. d. idē.

**M**agnesia grecie est puuicia iter thessaliam et macedoniam intermedia multas continens gentes opida et ciuitates. vt dicit pli. l. iij. c. r.

**M**esia a messium puente est vocata. et est p̄ma puuicia quā danubius vsq; ad mediterraneum mare reducit. vt. d. isid. li. xv. hec ab oriente hostijs danubij iungit. ab euro autem ratię / a meridie macedonie / ab occasu bistrie copulat vt. d. idem. Est autem regio cōtinens plures gentes opida et ciuitates frugibus ferax / habundans in venis mineralibus et in lapidibus et etiam metallis

**M**esopotania grecam etimologiam possidet eo q̄ duobus fluuijs ambiatur. nam ab oriente tigrim habet / ab occidente eufratem. Incipit autē a septentrione inter montem taurum et caucasū cuius a meridie sequitur Babilonia et caldea vt. d. isido. li. xv. Est autem regio in asia multum ampla tam in latū q̄ longum habundans in frugibus / pascuis / pecudibus / et armentis locuples in diuinis et metallis.

**M**edia a medio rege est dicta q̄ puuiciam illam primitus est aggressus. Dabet autē media ab occasu p̄chia regna. a septentrione armenia circūdat. ab ortu caspios videlicet mōtes. a meridie bz p̄sia. Hęc regio sola medicā arborē prunt quā alia regio nusq; gignit (vt. d. isid. li. xv. Est autē regio valde opulēta multis fluminib; irrigua / ciuitatibus et opidis p̄dara / multorū p̄p̄torū d̄na / cuius reges magnam babiloniā ac chaldeorum impium annuitus deuicerūt. Istius autē regionis incole vna cū persis nauigio in affricā transuecti cum libijs se miscuerūt. quos libij corrupta lingua et barbara mauros vocauerunt. quamuis mauri a nigro colore sint greco ideomate sic vocati. vt. d. isid. li. ix.

**M**elos est insula vna ex cōdadibus que omnium insularum est rotundissima. et ideo melos. id est rotunda est vocata (vt dicit. isidorus libro quindecimo. Est autem insula multis bonis referta. (vt dicit. pli.) et spacij breuioris quantitatem soli fertilitas recompensat.



**M**idia est insula in hibernie punitia que in punctali medio est put dicitur collocata sic dicitur a quodam rege qui inter quinque filias totam insulam in quinque partes equales diuidens illam partem insule. quasi patrie medicullum ad usus proprios deputauit. propter quod et illa hibernice insula portio media quasi aliarum terrarum in circuitu media hodie nuncupatur. Est autem illa patria quo ad glebam fertilis in frumentis/pascuis/et armentis/babundans in piscibus/carnibus/et alijs virtualibus/butiri/casei/atque lactis fluminibus est irrigua/fontibus atque lacubus multiplicis effectus (ut dicitur) et virtutis. sicut dicitur habere aspectum delectabilem aerem salubrem quo ad siluas. et paludes/in eius extremitatibus habet aditum valde forte. et sic propter populi multitudinem/castorum et opidorum fortitudinem camera vocatur hibernie vulgariter propter pacem.

**M**isena germanie est punitia ab urbe que missene dicitur sic vocata. cum boemia coniuncta et polonia in solortu/cum baiona in mendie/cum saxonibus et Turingis in occidente/cum rena et tiriam a septentrione. et est terra ampla et spaciola nunc plana nunc montuosa/fertilis multum et pascuosa/aquis optimis irrigua. nam nobili fluuio albice pro maiori sui parte pro eius longitudine est profusa: ciuitates habet fortes/et opida et castra fortia et munita. gens locuples est generaliter in diuitijs frugibus scilicet pecudibus et metallis. et cum sit populus magne fortitudinis et pulchritudinis et elegans precantans. est tamen gens benigna et pacifica ex natura minus germanicis habitans in omnibus feritatis.

**M**telene est insula in mari adriatico pro qua de siria et aprio in italia nauigatur. ad quam difficilis est accessus propter bitalassum id est litus in mare extensum. terre enim illius harenis interiectu diuiditur mare. et fit quasi duplex. unde naues impingentes ad harenas de facili confringuntur. (ut patet in actibus apostolorum. c. xxvij. tam in textu. quam in glo.) Et quauis incole illius insule sint barbari circa tamen perditantes et ibi naufragium patientes/sunt humani. ut patet ibidem. ad hanc insulam puenit paulus quando nauigauit contra romam/ubi uenenam uipere que manus eius adhaeserat in sarmenta euasit bestia excussa in ignem et exusta. In eadem etiam insula multa miracula perpetravit. ut dicitur actuum. xxvij.

**N**abatea est arabie punitia a nabaioribus filio bysmaclis dicitur et est

inter arabiam et iudeam intermedia. Surgit autem ab eufrate et peruenit usque ad mare rubrum. ut dicitur Isai. li. xv. Est autem terra pinguis fertilis in frugibus fructibus. pecudibus. preciosis lapidibus et metallis. de hac dicitur plinius li. vi. c. xxxi Nabadei inquit opidum incolunt petram nomine in conualle huius fere duo milia passuum in latitudine circumdatur montibus inaccessis amne interfluente et distat ab opido gaza de passuum a sinu persico. c. xxxij. passuum.

**N**orbegia latissima est europe punitia/man fere undique circumcincta. sub aquilone distat a goro regionibus terminata. Nam a parte meridiana et orientali per quendam fluuium qui albea dicitur a gona est diuisa. Est autem regio frigidissima et asperissima/montuosa/siluestris et nemorosa. cuius incole plures de uenatione et piscatura uiuunt/quam de pane. Nam rara est ibi annonae propter frigiditatis magnitudinem. ibi fere multe/utraque libi uis. ibi sunt sibi qui et castores dicuntur mira sunt ibi et multa monstrosa. fonte semper sunt ibi in quibus omne impositum corium siue lignum statim in lapidem commutatur. in eius aquilonari parte non uidetur sol occumbere in aestiuali solstitio per plures dies. nec enim uidetur sol ibidem per totidem dies in solstitio hiemali. unde tunc temporis oportet incolas terre operari cum candelis. frumenti uinei et olei expers est nisi aliunde deferatur. gens autem corporis ingentis est stature/et pulchre forme/et magne fortitudinis ac robuste. validi sunt pirrate et virtutis et animositate magne. ab oriente habet galliam. a septentrione islandiam ubi mare perpetuo congelatur. ab occidentemare hibernicum oceanum et britannicum. a meridie dacie et carbie finibus terminantur.

**N**ormania que nestria a noricijs proprijs est dicitur qui nauigio uenientes de noruegia litus oceanum gallicum obtinuerunt/qui tandem punitiam in circuitu inhabitantes eam normaniam uocauerunt. habet autem oceanum britannicum ad eorum sinum aquitanicum ad occidentem/galliam ad meridiem/et oceanum ad aquilonem. Est autem gleba eius frugifera et pinguis campis/nemoribus/et pratis insignis. portibus maris nobilibus/feris et pecudibus fertilis/nobilissimis ciuitatibus et opidis ualde fortibus/et metropolis dicitur rothomagum/ciuitas nobilis sita super fluuium qui secana ab incolis nominatur. cuius gens est fortis/populosa/et bellicosa/urbana in habitu modesta/pia in affectu/pacifica in conuictu.



## De prouincijs

**N**umedia est regio in africa carthagini pingua et quicquid. Inapit autem a flumine aruifigam et desinit in limite cogitanorum. habet ab ortu fines minores / a septentrione in mare tendit in sardiniam / respicit ab occasu mauritaniam stiphensem a meridie ethiopi gentes. est regio capis pinguis in multis locis / vbi autem siluestris estiferas generat / vbi magis est ardua equos et onagros procreat / cuius vltiora serpentes et bestias sunt plena. marmor generat eximium quod numedium dicitur (vt. d. isid. li. xv.).

**N**arbonensis prouincia. vt dicit plinius. li. iij. c. v. appellatur pars gallicarum que mediterraneo mari aluitur quondam gallica braccata dicitur que ante narbo ab italia est discreta et alpium iugis. nulla ei est prouinciarum preferenda in cultu virosum indignatione nec in complentudine opum breuiter quia italia potius quam prouincia est dicenda. flumina habet nobilissima in que rodanus gallicarum fluminis fertilissimus de alpiibus se rapiens preterfluit prouinciam narbonensem. stagna habet multa / et portus plures et promontoria multa inter que marsilia obtinet principatum totius autem narbonensis prouincie longitudo continet. ccc. et lxx. milia passuum. latitudo vero. cc. xlvij. milia passuum vt tradit agrippa buacasque Plinius.

**O**phir nomen est prouincie in iudea ab ophir viro et posteris beber nominata / que et terra antea antiquitus appellabatur eo quod montes aureos habeat que a leonibus et ferissimis bestiis incolunt ad que nullus accedere audeat aliter nisi naue stante iuxta litus et iuxta terram quam vnguis leonum ceterarumque ferarum fossam inuenit vt si bestie eum ferunt facili in mari recipiatur (vt. d. rabba.) super illum locum. cum venissent naues salomonis in ophir sumptum tamen aux. et. iij. Re. nono. S. (idem fere dicit plinius.) mittit et nutrit olim hanc prouinciam aux. lapides preciosos crisopassos et adamantes cum lignum et bebanum aues psittacos et pauos et dentes eburneos simeas et bestias alias monstruosas (vt. d. plinius. et isid.) ad hanc regionem de iudea per logos maris rubri circuitus puenitur et per insulam asion gaber quam postea alexander magnus terre adiecit in ophir pertransiit. incole autem terre ophir venientes de stirpe bebræa fluminem copue vsque ad regionem indie / que nunciaria nuncupatur habitauerunt (vt refert iosephus) et ab ophir nepote beber ophir totam prouinciam vocauerunt. vt. d. rabanus super. ij. li. c.

vij. S. fuit autem iste ophir filius iechtan filij beber. (vt. p. 3. Gen. x.) ff. Est autem ista regio vicina terre eulath quam gion circuit. vt dicit Gen. ij. et est in montibus aureis et speciebus aromaticis est similis et in gemmis. vt dicit plinius.

**O**landia est quedam prouincia modica sita iuxta hostia reni vbi intrat mare. prouincie pingua. a meridie vicina frigie / ab oriente oceano. vbi britanice prouincia ab aquilone interiori gallicæ belgicæ est propinqua atque flandrie ab occidente Est autem terra palustris et aquosa fere ad modum insule vndique maris brachijs / atque reni fluminis arcifusa habens lacus et stagna multa et pasua valde bona. et ideo amentis pecudibus et iumentis est referta. eius gleba in locis plumbum est valde frugifera / et in plumbum etiam nemorosa et qua formatur materia apta ad ignium vutrimeta et est terra diuinitis que transeunt per mare et flumina plumbum opulenta. Civitas capitalis traiectum inferius nuncupatur in latino. butred. s. dicitur in ideomate germanorum. Nam ad germaniam pertinet quo ad situm / quo ad mores / quo ad vnum et etiam quo ad linguam. gens elegans est corpore robusta vinibus / audax animo / venusta facie / honesta in moribus / deuota deo / fida hominibus / et pacifica / minus predis intendens et rapibus quam alie germanie nationes.

**O**rcades oceanus est insula iuxta mare britanicum in europa a qua et cetera insule multe eidem pertinetate et vicine orcales insule nominantur. et sunt in vniuerso xxxij. que. xx. de serete sunt. xij. incolunt. vt. d. Isid. in li. xv. c. de insulis.

**P**aradisus est locus in partibus orientis constitutus. et vocabulum ex greco in latinum vertitur or. porro in hebraico edem dicitur quod apud nos delitie interpretatur. vt. d. Isid. li. xv. c. ij. Est et ortus deliciarum. vt. d. ibidem. quia ex omni genere ligni / et pomi / ferarum arborum est constitutus / hinc in se lignum vite. non ibi est frigus / nec est stus. sed perpetua aeris temperies. ex cuius medio fons prouersus totum nemus irrigat. diuiditurque in quatuor nascencia flumina / et adit per partem primam hominis humano generi incedit fuit. quia vndique flamma rubea. i. muro igneo vndique circumta. ita vt eius pene cum celo incendium coniungatur. presidiumque angelorum arcendis spiritibus malis super rubeæ flagrantiam est a domino ordinatum. vt homines flamme / angelos vero malos boni angeli submoueat / ne alicui spiritus vel carni peccatrix adire pateat paradisi (huicque Isidorus libro. xv. capitulo tercio.) vbi tractat de regionibus



Secundum autem magistrū in histo. c. ij. sup  
 genesis dicit sic. plantavit deus a principio crea-  
 tionis herbas et arboribus locum deliciaz. ap-  
 tauit et hoc in mundi principio. s. in oriente. et  
 ille locus est amenissimus longo terre et maris  
 tractu a nostro habitabili segregatus a deo e-  
 ditus. i. altus ut vsq; ad lunarem globā attingat.  
 vbi ppter situs altitudinē aque diluuij nō  
 puenerunt (ut dicit idem) De paradiso autē  
 dicit. Jo. dam. qz vero ex visibili et inuisibili  
 creatura conditus erat deus hominem secū-  
 dum suā ppriā imaginē et similitudinē sicut  
 quendā regē et principē omnis terre et omniū  
 que sunt in ipsa pstruxit quasi quandā regio-  
 nem in qua cōuersatus beatam duceret vitā et  
 iste locus diuinus est paradysus/dei manibus  
 in edō id est in delitijs et voluptate plantatus  
 In oriente quidem omni terra celsior penitus  
 spatio et tenuissimo aere circūfulgens/plantis  
 semp et floribus comatus /et bono odore ple-  
 nus /lumine repleus /pulchritudinis vniuer-  
 se/gaudij et exultationis pmpuarium creatu-  
 re sensibilis excedens intelligentiam /diuina  
 regio et digna ei /qui scdm imaginē erat i quo  
 nihil irrationabiliū habitabat. sed solus ho-  
 mo diuinarum manū plasmā. Item strabus  
 et beda dicunt qz paradysus est locus in orien-  
 te positus /interiecto oceano et montibus op-  
 positus a regionibus quas incolunt homines  
 secretus et remotissimus est /pringsensq; altitu-  
 dine vsq; ad circulū ipsius lune. fuit autē lo-  
 cūne conueniens homini innocenti ppter su-  
 mam eius temperiem. qz non frigus ibi nec est  
 sed ppetua temperies. ut dicit Isidorus Item  
 ppter omniū bonoz habundantiā. qz. ut d.  
 Augusti. de ciuitate dei. li. xij. c. x. quid time-  
 re aut dolere poterant in loco in quo erat tan-  
 ta affluentiā bonoz. vbi non oberat quicq;  
 quod bona voluntas adipisceret. nec inerat qz  
 came animū hominis feliciter viuētis offen-  
 deret vel in aliquo molestaret. Item ppter sum-  
 mam amenitatē. Nā vniuersē pulchritudinis  
 erat promptuariū. ut d. dama. qd attestat. tam  
 arborū qz floz et frōdiū. immarcessibilis pul-  
 chritudo. Nā arbores comā nō pdunt /flores  
 non marcescunt. Item ppter summā iocundita-  
 tē quod attestat fructū dulcedo. qz ibi est om-  
 ne lignū pulchz visu et suauissimū ad vescendū  
 Gen. ij. Item etiā attestat lucis plenitudo. nam  
 puritan acria claritas lucis p portioatur. ut  
 d. beda. Item ppter soli fecunditatē. qd atte-  
 stat fōtiū irrigantiū. multitudo. Dicit em Gen  
 ij. fons ascēdebat et irrigabat paradysum. q in q  
 moz flumina ē diuisus. Gen. ij. Item ppter

loci fecunditatē. qd attestatur situationis ei  
 altitudo. nā lunarem tangit circulum ( ut d.  
 beda et isido. ) id est pringit vsq; ad aerē quie-  
 tum post illum aerem turbulentum vbi finis ē  
 et terminus exalationum et vaporū humidoz  
 quozum fluxus et pgressus lunari corpori ap-  
 ppiatur. sicut exponit alexander non. secun-  
 dum veritatē attingit in altitudine orbem lu-  
 ne. sed circulum lunarem videatur attingere ip-  
 solice ut eius maxima altitudo et incōpabilis  
 respectu terre inferioris insinuaretur. Item ppter  
 eius incorruptibilitatem quod attestatur exi-  
 stentium ibi vite longitudo. nāz ibi sūt enoch  
 et belias viui vsq; hodie et in corrupti. di. ma-  
 gister in histo. Nihil enim potest ibi mori qd  
 est viuū. nec hoc mirandum est de paradiso  
 cum in hibernia sciamus esse insulam in qua  
 mortuozum corpa non putrescunt. et aliam in  
 qua homines. non mori possunt. sed oportet  
 ut vitimo senio vltra insulam deferant. Que-  
 re supra de hibernia in littera. D. De paradiso  
 autem et ei? situ fuit opinio apud gentes  
 ut refert plinius ( ibi loquitur de insulis fortu-  
 natis. de quibus etiam loquitur isido. libro  
 quindecimo. inter quas est vna que omnia fe-  
 re partur bona. vbi humus sponte procreat  
 omnes fructus. vbi in iugis collium arbores  
 virore frondium et dulcore fructuum semper  
 vestuntur. vbi ad herbarum vicem messis et  
 olus crescit. vbi et gentiliū error et secularium  
 carmina poetarum propter soli fecunditatem  
 easdem insulas paradysum esse putauerunt qd  
 quidem ponere est erroneum /cum pdicte in su-  
 le fortunate sint in occidente contra leuā man-  
 ritance in oceano collate ( ut d. ) Isido. li. xv.  
 Paradysus autem in oriente in altissimo mō-  
 te in cuius cacumine cadentes aque maximū  
 faciunt lacum que in suo casu tantum facit stre-  
 pitū et frangorem qz omnes incole iuxta predi-  
 cum lacum surdescūt ex imoderato sonitu seu  
 frangore sensum auditus in paruulis corrup-  
 pente ( ut dicit basilus in exameron. similiter  
 et ambro. ) ex illo autem lacu ex vno fonte pro-  
 cedunt illa flumina quatuor pbison qui et gā-  
 tes /gion qui et nilus dicitur et tigris ac eufrates  
 de quibus in Gen. fit mentio specialis.  
 Quere supra in tractatu de fluminibus.

**D**Archia regio est maxima in asia  
 ab indie finibus vsq; ad meso-  
 potanie fines est porrecta prop-  
 ter inuicem enim parchorum vir-  
 tutem assiria et cetera regiones / Nomen



## De prouinciis

etius traxerunt Sunt autem in ea prouincie par-  
ticulares scz arauissia / parchia / assinia / media /  
et psia. que regiones sibi uicē iuncte / inicitū  
ob indo flumine sumunt / et tigris fluuio claudū  
tur. loca aut montuosa et aspa et flumina mul-  
ta. Sunt autem prouincie finibus suis discrete  
nomina a pprijs auctoribus trahentes ita /  
nam arauissia ab opido suo nuncupata ē par-  
chiani autem a sibia uenientes occupauerūt  
eam. quia ex suo nomine uocauerunt. huius  
a meridie est rubrū mare / a septentrione birta-  
niam solis / ab occidente media. regna in ea.  
xviiij. porrecta a caspio mari usq; ad gentē sa-  
tarum. Est parchia multis rebus pdigiosis  
et monstruosis miranda (vt. d. plinius libro  
quinto (nam ibi bestie sunt feroce pardi / et /  
grides / atq; lincea / et aspides. ibi et serpentes  
natura seuissimī et feroce. Sens etiam dura  
est et crudelis et victu pca / pro omni pulmēto  
et pdimto pcta sale et cardamomo vt dicit idē  
et dicitur ibidem in glo. sup dan. de perfarum  
regione et parchoz. c. vij. et bestia que similis  
pso erat.

**P**alestina siriē est prouincia dca quō-  
dam pbi listes. cuius ciuitas me-  
tropolis que nunc ascalena dicit  
antiquitus philisti uocabatur. ex  
qua ciuitate tota regio palestina uel philistea  
piscis temporibus uocabatur. vt. d. Isido. li.  
xv. Item etiam dicit. li. ix. in. c. de uocabulis  
gentiū. philistei inquit sunt ipi qui et pbalesti-  
ni dicuntur. P. litteram sermo hebreus non  
habet. sed p eo greco utit scz. f. inde philistei  
p palestiniis. dicunt itaq; pbilidum a sua ciui-  
tate / que quondam philistim est uocata. pmo  
autem dicebantur alipholi. i. alienigene eo q  
semper fuerunt filijs israhel alieni et longe ab  
eorum societate et genere separati. vt dicit idē  
ibidem Dec regio (vt dicit Isidorus li. xv.)  
ab oriente habet mare rubrum / a meridiano  
latere iudea erapitur / a septentrionali plaga  
tinorum finibus clauditur / ab occasu uero e-  
gyptio limite terminatur vt dī ibidem. Ori-  
ginem autem primā p traxerunt philistei a fi-  
lio chanaan nomine iebuseum / a quo primū  
sunt egressi philistei et cantati. vt dī Gen. de  
amo. Sens vt narrat erodocus astuta et cali-  
da molesta semp regno israhelico et infesta.  
tum quia prosperitati iudeoz inuidebat. tum  
etiam qz de soli sui felicitate. et de marinarū  
insularum suo domino subditarum fortitudi-  
ne et pte nimum psumebat. vt dicit idem.

**P**anphilia que et Isantia dicitur.  
eo q omni flauū aure est exposita

vt. d. Isidorus. li. xv. prouincia est in maiori a-  
lia / habet metropolim urbem que solentia nū-  
cupatur. vt dicit idem quam saleneus antio-  
chus qui antiochiam condidit et fundauit (vt  
dicit Isidorus libro quindecimo) Est autem  
regio maritima inter ciliam et bituliam / a q  
in italiam p apriū insulam nauigat vt patz  
actū decimo octauo.

**P**annonia europē ē prouincia que ab  
huius quondam occupata ab eo-  
dem populo uulgaria uulgarit est  
uocata. que duplex est scdm orosium. maior. s  
et minor. Ad maior quidem est in vltiori sira  
vltia meocides paludes constituta. a qua hu-  
ni uenationis gra pmitus exeuntes et p lon-  
gissima paludis et terrarum spacia et ceruoz  
et bestiaz uelugia insequentes tandem solum  
pannonie inuenerūt. qui reuersi ad ppria / col-  
lecto agmine in pannouiam redierūt. et expul-  
sis incolis a primua sua origine. nomen gen-  
ti et patrie indiderunt. vt narrat erodocus. Est  
autem hec prouincia pars messe quam danubi-  
us fluuus preterfluit et pfundit vt dicit Isi-  
li. xv. et. xvi. habet autē gallatiam ab oriente  
grecciam a meridie / dalmatiam et italiam ab  
occidente et germaniā a septentrione vt dicit  
idē Est autē terra spaciosissima et fertilissima  
montib; et siluis munitissima multis fluminib;  
bus et aquis irrigua. Arenis aureis et alijs  
metallis ditissima. habēs montes maximos  
in quib; diuersa marmorū genera inueniunt.  
Sal etiā optimū in quibusdam uotib; effo-  
ditur fens et pecudibus ppē pascua vberima  
panonia adimplet. frugifera etiā est gleba ei;  
valde eruinifera in multis locis et intra se plu-  
res pmet gentes. nō solū lingua uerū etiā mo-  
ribus et uita in plurib; differentes. sicut idem  
dicit erodoc. dicit autē Isi. li. xv. panonia a pā-  
nino alpib; ē uocata. qb; ab italis se circa iē  
regio fortis ē et sola leta. a tribusq; fluijs dur-  
no. s. et sano ē uallata. bz aut ab oriente mesiā.  
ab euro bystiaz. ab africa aut paninos habz  
alpes ab occasu galliā belgicam a septentrione  
danubiū limitē qui germaniā pterfluit. bichy-  
ster dī et bystiam uocant terrā quā iuxta pan-  
nomiam circūfundit.

**P**aron insula est a parato plato fi-  
lio nominata. q de suo nomine pa-  
ron opidum et insulam nomina-  
uit. vt dicit Isido. li. xv. gignit a u-  
tem marmor candidissimū qd parum dicunt.  
nutrit etiā et sardonē lapidem marmoribus.  
quidem pstantiorem et inter gemmas ualissi-  
mum. vt dicit Isidorus.



**P**entapolis regio est in confinio arabie et palestine dicta a quinque civitatibus hominum impiorum que celesti igne sunt consumptae. terra enim magis uberrima quam nunc hierosolima. nunc deserta est et exusta. nam pro scelere incolarum de celo ignis descendit qui regionem in cineres et eremos dissolvit. cuius umbra et species quedam in favillis et arboribus adhuc videtur. Nam nascuntur ibi poma virentia sub tanta specie maturitatis ut edendi desiderium gignant. que si carpas frutescant ac resoluuntur in cinerem fumumque exalant quasi adhuc ardeant (bucisque Isid. li. xv.) hec puincia ante eius consumptionem ita fuit locuples quod inter eius lapides saphiri et alie gemme pretiose inveniuntur et inter eius glebas aurum (sicut rigit iob) dicens locus saphiri lapides eius et gleba eius aurum. Job. xxviii. sed postea tota illa regio in mare mortuum est conversa. sic vocatur est quia nec gignit vinum / nec in se accipit aliquid ex genere viventium. nam neque pisces neque aves neque navigia patitur. quia omnia vitia carentia / in eo ad fundum demergunt. lucerna si fuerit accensa supernat / extincto lumine demergitur (ut dicit Isidorus libro de actione quarto) Quere supra de mari mortuo / in tractatu marium et aquarum. In istius maris ripa circa intima sode me crescunt poma supradicta aspectu quidem pulchra / sed gustu fetida et amara. ut dicitur glo. sup. secundam epistolam petri. capitulo secundo. Est autem alia pentapolis in africa in provincia libie a quinque civitatibus sic nominata scilicet bernice / centris. a polonia polo / et tholomais. ex quibus tholomais et bernices a regionibus sunt vocate. Est autem hec pentapolis libie irenensi adiuncta et eius finibus deputata (ut dicit Isidorus. li. xv.)

**P**ersia siue perfida regio est in asia inter partium regna deputata / descendens ab oriente ad indos / ab occasu rubrum mare habet ab aquilone vero medeam tangit ab austro germaniam que perfide annectitur quibus est incussum opidum nobilissimum. In perfide autem primo orta est ars magica ad quam nemrotus gigas per confusionem linguarum abiit. ibique peras ignem incolere docuit. Nam homines in partibus illis solem colunt qui ipsorum lingua vel dicitur (ut dicit Isid. li. xv.) Est dicta persia a perseo rege qui de grecia in asiam transiens ibi barbaras gentes gravi ac diuturno bello edomuit. novissime autem victor existens nomen genti sub

iecre dedit (ut dicit Isidorus. li. ix. de vocabulis gentium ubi ait. ante tunc tempora ignobiles reputabantur et quia nullius momenti in gentibus habebantur. medi autem semper potentissimi fuerunt. ut dicit idem. Est autem perfida latissima et valde populosa in qua civitas nobilis nomine elam sic dicta ab elam filio feni aquo primo processit gens persarum (ut dicit Isidorus) et ab elam perse primitus elamite sunt vocati. Est autem in perfide civitas nobilissima elamida nomine / que nunc psipolis nuncupatur. de qua dicitur. i. mach. vi. a. ij. mach. ix. a. erat autem in perfide civitas elamida nobilissima et copiosissima in auro et argento. templum in ea locuples valde et illic velamina aurea et locuste scuta que reliquit alexander rex macedonum.

**P**irenea puincia est in europa terra alta et montuosa cuius montes pirenei dicuntur et proterenduntur a meridie versus occidentem dividentes ab invicem maximas regiones. Nam alpes pirenei dividunt inter hispaniam et galliam tam narbonensem quam lugdunensem. Dabent autem ab oriente germaniam / a meridie italiam / ab occidente hispaniam / ab aquilone galliam dicuntur autem pirenea a crebris fluminibus ignibus. pira enim grece ignis est latine. crebris enim fluminibus montes pirenei concitantur. ut dicit Isidorus. li. xv. in. c. de montibus. Est pirenea multorum et magnorum fluviorum origo et principium. mater nemorum maximorum / nutrit ferarum et iumentorum. multorum venas continens metallorum / fontes habens / munitio / nes civitatum et castrorum multas et diversas tam in moribus quam in lingua nutrens nationes populorum. ut narrat erodotus.

**P**igmea regio est in india versus orientem in montanis contra oceanum sita / in qua habitant pigmei homines parvi corporis vix bicubitales. ut dicit Plinius. et isti. qui in quarto anno generant in septimo senescunt. hi colleo exercitum equitant super arietes et pugnant contra grues / nidus et ova eorum confringentes ne contra eos hostes multiplicentur. ut dicit idem Plinius. li. v. c. de hominibus in die monstruosis Quere supra. ubi de eisdem tractatum est.

**P**ictavia gallie narbonensis est puincia quam picti angli scoti navigio impetentes antiquitus inhabitauerunt. et tandem regioni et genti ex sua antiqua persapia nomen in posterum reliquerunt. ut narrat historiographus erodotus. qui de britannicis finibus classem



## De provinciis

facientes oram oceani sinum aquitanicum in-  
uaserunt. tandem contra incolas non sine bel-  
lorum discrimine locum in patria obtinentes  
picentium opidum a pictis nominatum ut ab  
eodem erodico dicitur construxerunt. et longo pa-  
trie confinia pictauiam vocauerunt. Dec pui-  
ntia p longum maris oceani. picta turoniam  
quam pterfluit ligeris amnis habet ab oriente  
hispanos a meridie / oceanum ab aquilone  
britannicum / et minorem britanniam in sinu a-  
quitamico ab occidente. Dec patrie puincia /  
la est p dora in multis. ut narrat idem. Na gle-  
bam dicitur habere multum fertilem. omniu fe-  
refrugum feracem et fructuum multiplicium  
alaticem viniferam Est etia frugifera et bonis  
que gignit humus multipliciter opulenta ma-  
ris portibus insignis est ciuitatibus et opi-  
dis indita. amnis et fontibus irrigua. cam-  
pis / pratis / et nemoribus / est amenissima et  
circa pres maritimas saxis et rupibus marime  
est munita. ut patet in opido rupellensi siue ca-  
stro. / ad quod accessus ppter situm loci et fre-  
ti augustias / vix habetur ut dicit idem. q gens  
lingua et moribus galliar. puinthis est admi-  
sta et ideo quamuis a primis pictis hoc habe-  
ant illius gentis nationes ut sint natura for-  
tes corpore elegantes a galliis in quibus mix-  
ti sunt hoc iam straxerunt. ut animo sint fero-  
ces et ingenio p alijs vianis genibus acutio-  
res vel aciores (nec mirum). Nam ut d. Ipsi.  
li. nono. scdm diuersitatem celi faaces hominu  
et colores / corpum quantitates / animoz etiam  
diuersitates existunt. Inde romanos graues  
grecos leues / astros versipelles / gallos natu-  
ra feroces et ingenio aciores puidosq. quod  
vitijs natura dimatu facit. ut dicitur ibidem. et  
ideo gens pictauiatica robusta corpe / facie ve-  
nusta audax animo est. ut dicitur callida ingenio  
et astuta. ut recitat erodocus.

**P**icardia gallie belgice est puincia  
a quodam opido / siue castro pon-  
ticio sic vocata. ut dicit idem de re-  
gionum descriptione videlicet erodocus. Na  
opidum qd nuc piche dicitur in illo terre confinio  
vsq ad oceanum britannicum antiquitus op-  
tinuisse dominium pbibetur a quo totus pplus  
illius patrie sic fuisse creditur in posterum no-  
minatus. Est autem eoz terra frugum et fructuum  
valde ferax. irrigua fontibus et fluminibus ml-  
tis habundans pplis / munita nobilibus cui-  
tatibus castis et opidis fortissimis et famo-  
sis. ut belges est seu beluacu inde ambianus  
attrabatum et tornacum. ut refert idem. l. 3. p  
uincia iam dicta renun fluum germanicum

ab oriente. galliam superiorem a meridie / occi-  
dentem gallicam seu germanicam ab occidente /  
britanniam maiorem siue angliam ab aquilo-  
ne. Est autem duplex picardia scz superio-  
que gallie vtiq magis est ppinqua. Alia dicitur  
terra inferior / que flandrie et rene finibus seu  
brabantie ppinquo- est et coniuncta. et e ag-  
nonia nuncupata. Vniuscq patrie gens ele-  
gantis est stature / faciei decentis ac venuste /  
audacis animi / leuis et doctis ingenij / intel-  
lectus clar / affectu p i deomatia magis gros-  
si aliarum gallie nationum.

**R**amathea que et chanzoca regio  
iuxta de calaleri est sita. a rama  
tham ciuitate est appellata / i qua  
samuel ppheta est natus. et alio nomine ar-  
matbia est vocata / a qua ioseph vir iustus  
fuit / qui cum nicodemo corpus domini inun-  
xit ac honorifice sepeliuit. ut d. glo. sup lucam. c  
xiiij. ff. Est aut in tribu effraim in iudea sita /  
et in altissimis montibus collocata. ppter qd  
ramatba id est excelsa est vocata. Nam rama  
excelsum sonat ut d. hiero. Est aut terra quam  
uis montuosa fertilis in fructibus et in frugi-  
bus in vineis et oliuis / fontibus irrigua / pu-  
ritate aere saluberrima / situs altitudine val-  
de firma. ut dicit hiero. et ad remotissime spe-  
culandum multum apta.

**R**entia renensis est puincia regio  
scz qua renus circumfluit ac pfudit  
sic dicta. eo q est iuxta renu (ut d.  
Ipsi. li. xv) et est terra habens multas ciuita-  
tes et opida valde firma. cuius gleba est fru-  
gifera et vinifera in multis locis. gens fortis  
et animosa in vita et in moribus / conuenientia-  
m habens cum germaniis non tamen ita in-  
biat spolijs et rapinis.

**R**uallia est puincia quondam bar-  
bara dicta. cuius ps vironia e vo-  
cata. multum audax nuc aut est sub  
xpi fide regno datie subiecta. cuius ps est viro-  
nia vocata. a virore sic dicta. eo q sit gramino-  
sa et pascuosa / in locis pluribus nemorosa. q  
gleba mediocriter est frugifera aquis et stag-  
nis irrigua / piscibus marinis et lacualibus e-  
fecunda / plures habens greges pecudes et ar-  
menta. sitie vero paribus est coniuncta. solo  
flumio qui narua dicitur a nouicor et mogar-  
dorum regionibus est discreta. ut d. erodoc

**R**incauia quedam est terra modica  
a ciuitate moguntina sita sup nipa-  
rent inter montes pnta vsq ad  
opidum qd pingua nominat. vñ a reno qui  
p eius medium defluit rincauia est vocata. et



et est terra quibus modica in utroque reni litore  
usque ad montium cacumina amena mirabilis  
et fecunda. tante enim pulchritudinis est et tam  
incredibilis fertilitatis quod tam ibi habitantes  
quod etiam per ripam transitum facientes delectat et  
reficit quasi ortus inestimabilis voluptatis/  
tam dulcem enim habet glebam et tam pinguem  
quod fructus et fruges mira fecunditate pariter et  
celentate procreat et producit. et procreat in eodem  
agro arbores pomiferas / diversi generis nu-  
ces gignit. et tamen propter tantam fructuum mul-  
tiformitatem fruges parere non obmittit / ar-  
borum etiam diuersitas vineta non impedit /  
imo vnus et idem agellus pariter fruges et via  
nucis et poma / corbas et pira / et multa alia  
fructuum genera producere consuevit. fontes calidi  
et mediane corporum necessarii ibi de terre visce-  
ribus oriuntur. multa alia habet comoda vi-  
te mortalium necessaria / que recitare per singu-  
la esset longum.

**R**omanorum prouincia (ut ait Varro  
est fere totius orbis continentia  
ubi seculum habitabiles presideret re-  
giones. Nam singulas partes orbis / romanorum  
potentia domuit. nec fuit aliquis orbis angu-  
lus qui romani exercitus non presenserit gladi-  
um. ut dicitur. fuit tamen quondam pars  
italie romulea antiquitus nominata / a nomine  
romuli sic dicta qui urbem romam condidit ci-  
uitatisque et populo nomen dedit (ut dicitur Isido-  
ro li. nono) ubi dicitur hec primo saturnia a satur-  
no rege fuit dicta. qui incolas terram colere pri-  
mo informauit. et ipsum propter saturitatem in-  
pinatam saturnum vocauerunt / et tandem ipsum  
tanquam deum in stellarum numero coluerunt. a lati-  
no autem rege latini postea sunt vocati. qui post  
hoc romam a romulo urbem ampliante et mu-  
niente romani sunt dicti. et quiritis postea sunt  
dicti / eo quod quiritus romulus est vocatus / quod  
semper balta urebatur / que sabinorum lingua / qui-  
ris dicitur ut dicitur Isido. li. ix. in. c. de dentium no-  
minatione Istius autem regni et regum laudes  
ad plenum calamus describere non sufficit nec  
codex aliquis magnifica eorum romanorum opera  
plenarie comprehendit Romanorum actuum  
probitates si que imitationis gratia legere de-  
lectat / legat in primo libro machabeo. c. viij. ubi  
mira de eorum virtutibus breuiter recitantur.

**R**omania dicitur romanorum gens no-  
ua. nam grece noua vel nouum  
dicitur latine. ab eo enim tempore quo con-  
stantinus sedem romani imperii in constantino /  
polim transiit urbem de roma transfudit omnis  
grecorum regio romana. i. noua roma voca-

ta fuit (ut dicitur raba.) ideo usque hodie greci non  
se vocant grecos vulgariter. sed potius roma-  
nissos. Quere supra de litera. S. ubi de grecis  
multa reperies.

**R**odam insula est eadem insularum  
prima ab oriente. ubi rodus se capi-  
tolium dicitur esse inuentum / duz  
ibi ciuitas primitus condideretur. In hac urbe  
solus fuit tolosus ereus. lxx. cubitoz altitudis  
alii fuerunt sed minores tolosi in insula eadem  
ut dicit Isid. li. xv. Est autem rodus insula eadem  
que et aprus. ut dicit. Isid. li. xv. in. c. de voca-  
bulis gentium ciuitatum.

**R**etia siue narentia que et messie e-  
st prouincia in minoris asie confinio  
constituta / romanorum terminos ha-  
bens ab oriente / gothiam a septentrione / pa-  
noniam ab occidente. greciam vero a meridie.  
terra quidem est maximam concordans cum boe-  
mis et sardis in idiomate et lingua. hec qua-  
dam parte sui galatia est vocata et eius incolae  
quondam galate vocabantur. quibus dicit paulus  
aposto. epistolam direxisse. Quere super de  
galatia.

**S**abea regio in arabia a filio chus  
qui saba dicitur est cognominata  
hec augusti terre tractu ad orientem  
versus persiam sinum non extenditur / a septen-  
trione caldee appropinquat / ab occasu sinu  
arabico terminatur / a meridie vero ethiopia e-  
st vicina. Est autem regio thunfera odores dicitur  
Nam in eius saltibus mirra / cinamomum / thur-  
et alia aromata generantur. ut dicit Isidorus  
li. xv. regio siquidem locuples est in speciebus  
aromaticis in preciosis lapidibus et metallis  
et ibi fenix auis et alia mirabilia que in regio-  
ne arabie ab auctoribus referuntur de quibus  
supra de arabia. Istius prouincie domina et re-  
gina fuit specialiter regina saba que totius ter-  
re affricae suis temporibus obtinuit principatum.  
ut dicit erodotus. Nam regina fuit ethio-  
pie ac egypti. ut dicit glo. super. iij. Re. x. et per  
consequens creditur quod ipsa alia regna tunc te-  
poris obtinuerit occidentis.

**S**amaria. ut dicit Isido. li. xv. re-  
gio est pastine a metropoli ciuitate  
vel opido sic antiquitus vocata  
Nam samaria quondam fuit regalis ciuitas in  
israel que nunc ab augusti nomine sebastia  
nominatur. hec regio media inter iudeam et  
galileam. iacens incipiens a vico / cui nomen  
est elcis cuius situs nature consimilis est iu-  
dee / ab ea non differens in virtute. ut dicit.  
dilatatur. necesse est inter metalla quo ad formam et specie est pulchrius. et ideo inter omnes picurabiles formas siue species primam et precipuum locum auri optinet pulchritudo. unde forma est et decor tam colorum quam rerum vel metallorum. Item nihil inter metalla quo ad virtutem inuenitur efficacius (cuius virtutem describit platearius dicens) aurum inquit rariius est omni metallo et purius. et ideo virtutem habet confortatiuam et superfluitatum coadunatarum in corpore extersiuam. et ideo valet contra lepram et elephantie passionem vtiliter emendendam. Limatura autem auri in cibo vel in potu vel in medicina valet ad preservationem a lepra vel saltem ad eius occultationem. quia eius frequens vsus ab ea preseruatur vel retardat aut saltem ipsam palliat et occultat (vt d. auicenna) Item eadem limatura cum succo boraginis et osse de corde cerui valet contra syncope et cardiacam passionem. Item lamine auree cadentes in vino exsiccat. vinum faciunt vtile contra vicia splenis et alias passionem multas vel melancholicas. Item vsu rarsa facta cum instrumento aureo melior est quam alia materia vel matello. locum enim vsionis custodit immunem a fetore. Item puluis cadu me auree oculis impositus maculas oculorum purgat. Confortat autem aurum membra quauis eis non incorporatur nec ea nutriat depurando. ex asperitate sua superfluitates que membra ledant extergendo (vt d. idem plate.) Item aurum calefactum tollit pilos a membro quod inde exustum fuerit aut fricatum et iterum crescere non permittit (vt d. Constan.) Item aurum percussum non resonat sicut es vel argentum nec crepat nec funditur. sed potius expenditur et dilatatur. nisi ei fuerit aliud metallum adulterinum modo aliquo incorporatum. Nam quod diues vel auricalcum cum auri substantia est permixtum semper sub malleo scinditur. et semper ad susceptionem debite forme. sub mallei scitu inobediens inuenitur. et ideo necesse est quod omne superfluum ab eo per excoctionem auferatur vt efficiatur ductile et aliquod vas cum optata forma exinde producat (vt dicit Grego). quando autem lamina vel brathea aurea cum argentea subducta det malleando incorporari necesse est a tribus maxime precauere scilicet a puluere / vento / et humore. quia si aliquod horum inter aurum et argentum permiscuerint / nequaquam vnum cum altero se tenebit. et ideo oportet quod in loco valde mundo et quieto hec duo metalla ad iusuram vniantur. quando autem modo debito siciungunt inseparabilis fit vnio

ita quod ab inuicem non possunt ulterius separari

**A**uricalcum (vt d. Jfido) est dictum quia cum sit es siue cuprum respicitur tamen superficialiter sicut aurum. es enim greco sermone calco vocatur. auricalcum itaque habet duriciem eris siue cupri ex mixtione enim eris et stanni et aurum pigmentum et quibusdam alijs medicaminibus perducitur in igne ad calorem auri. vt dicit Jfidorus colorem itaque habet auri et similitudinem sed non valorem. vasa etiam diuersi generis artificialia et pulchra in sui bonitate auri specie precedentia ex auricalco preparantur. sed paulatim a fulgore primo bebetantur et quasi rubiginantur et sic tam colore quam odore cupreo sua materialem originem protestantur. In istis vasis abana et vasa diutius reseruata sapore horribiliorem contrahunt ex eris vicio et odore. Colliria tamen que oculorum sunt medicina in eis vtiliter reseruatur et ex eris fortitudine acciuntur. vt dicit plau.

**A**uripigmentum est vena terre siue genus lapidis scissibilis et fragibilis auri speciem pretendens in colore. et vocatur alio nomine lapis arsefascus. qui est duplex rubeus et citrinus. et habet secundum dia. naturam sulphuris calefacendi et desiccandi que si apponatur eri ipsum in album transmutat et omnia corpora metallina preter aurum exurit et deuastat. vt. d. t. et. d. Secundum plautum autem auripigmentum calidum est et siccum in quarto gradu et est vena terre et dupla species rubei scilicet et citrini. Citrinum autem copiat medicine. habet autem virtutem dissoluedi / attrahendi et mundificandi. unde valet asmaticis et malum anbelitum habentibus ex humiditate. si indurato capite fumus eius recipiatur. Ex auripigmento fit pbilocum id est vnguentum depilatorium vt pili scilicet a moueantur quando decoquitur cum calce vitina. valet etiam contra serpiginem et impetiginem si locus cum sapone et auripigmento leniter inungatur. sed statim locus inunctus abluatur. quia si vnguentum tale ibi diu maneret bonam carnis sicut et malam coroderet et excoziaret. naturam enim habet infassiuam et corrosiuam. vngues autem deturparos et deformes cadere facit vt crescant meliores. vt dicit plau.

**A**rgentum a greca appellatione vt d. Jfido. est dictum. Nam greci argentum vocant. cui mirum in modum accidit quod cum sit candidum



## De lapidibus et metallis

Impressum corpori lineas nigras (vt d. Iſi-  
do.) reddat. Et eius compositione sunt viuz  
argentum et sulphur album, plus autem est  
ibi de aere et aqueo et argenti viui q̄ sulphu-  
ris, et ideo non est tanti ponderis sicut aurum  
vt d. Rufus. Est autem argentum duplex salu-  
et simplex et compositum. Simplex autem  
liquidum est et vocatur argentum viuum. Co-  
positum autem argentum est solidum / com-  
positum ex argento viuo puro et sulphure al-  
bo non viute (vt dicit Aristoteles).  
argentum autem viuū est substantia aquea/  
mixta cum subtili terrena forti admixtione in-  
dissolubili, et hoc habet ex magna siccitate ter-  
rea que non liqueſcit in superficie plana, et ideo  
non adheret sicut id quod est aquosū. Est autē  
eius substantia alba ex claritate aque subtilis  
et ex albedine terre bene subtilis et digeste ha-  
bet etiam albedinem ex admixtione aeris cuius  
p̄dictis, habet etiam argentum viuū hoc sibi  
naturaliter proprium q̄ nō coagulatur p̄ se sine  
sulphure sed cum sulphure et cū plumbi sub-  
stantia coagulatur, ideo dicitur ibidem q̄ ar-  
gentum viuū et sulphur sunt elementuz id est  
materia et principium omnium liquidabili-  
um scilicet metallorū, hec omnia dicuntur in  
li. metheo, exp̄sse, et etiam a richardo sic expo-  
nuntur, argentū itaq̄ viuū omnium metallorū di-  
citur esse principium, et ideo respectu eorum est  
simplex elementū. De sua autē virtute et natu-  
ra/ diuersi diuersa posuerunt. Quid autē de  
sentiant medici patere potest per hec verba.  
Argentū in q̄t platearius) viuū calidum dici-  
tur esse et humidū in gradu quarto, q̄uis a q̄  
busdam iudicatur frigidum et in eodē et q̄ sit  
calidum ostenditur p̄ effectum eo q̄ dissoluit  
penetrat/ et incidit, sed q̄ actualiter sentitur  
multum frigidum abusive frigide iudicatur.  
Quod autē aliq̄ dicunt argentū viuū ex qua-  
dam vena terre per excoctionē fieri falsum esse  
patet, eo q̄ p̄ clarō ignis facillime in fumū ex-  
tenuatur, sed a terra gignit et quasi aqua p̄flu-  
ens p̄creatur, diuissime etiā in vase frigido et  
solido conseruat. Tanta autē ipsius est cohe-  
rentia et fortitudo q̄ nulli rei potest admisceri  
nisi p̄mitis extinguat, extinguit autē cū salua  
q̄ cū ea fricatur, et maxime q̄ cinis saluie ad-  
ditur et maxime quando puluis ossis sepe so-  
ciatur. Est autem argentum viuū de facili in  
fumū euaporatiuū et resolutiuū cuius fumus  
maxime obest astantibus. Inducit enim pali-  
sim et tremorē relaxando neruos/ et remollien-  
do. Ore acceptum inissum occidit mēbra p̄-

fodiendo. Circa quod piculum maxime valet  
lac caprinū in quantitate maxima exportatum  
cū p̄tinuo motu patētis, ad idem sp̄aliter va-  
let et decoctio vini cū absinthio et isopo (huc  
usq̄ plate) Dicitur autē argentū viuū eo q̄ in-  
cidat materias quibus incitur (vt d. Iſi. li.  
xvi. vbi etiā hoc subiūgit, hoc inquit est liqui-  
dum quia parit, Inuenit autē sp̄aliter in me-  
tallis seu in fornacibus argentarijs guttarum  
concretionē rectis inherens, sepe enim in ve-  
cutilissimo stercore doacarum et puteorum li-  
mo inuenitur, sit enim ex minimo imposito cō-  
cile ferreē patena testea superposita, debet au-  
tem fasculum esse circumlinitum et circumda-  
tum carbonibus/ et tunc argentum viuū ex  
minimo distillabit, sine hoc argento neq̄ es  
neq̄ aurum inaurari potest. Tante autem vir-  
tutis est vt si super sextarium argenti viui cen-  
tenarium saxum superponas oneri statim re-  
sistit. Si vero auri scrupulum superposueris  
leuitatem eius in se statim rapit. Ex quo pa-  
tet non pondus esse, sed naturam cui cedit, po-  
tū datum interficit/ ponderis causa. Serua-  
tur autem melius in vasis vitreis, nam cete-  
ras materias perforat et corrodit (huc usq̄ Iſi-  
do. xvi. c. de metallis) Argentum est igitur al-  
bum/ clarum/ sonorum/ purum/ ductilitatis  
habens multam, minus tamen q̄ aurum/ bal-  
sami, potissime conseruatiuum/ virtutis in ia-  
spide iuuatiuum. Maiorem autem virtutem  
habet iaspis in argento q̄ in auro, vt dicitur  
in lapidario, liquabile et in igne resolutiuum  
et liquefactiuū/ colorem habet igneum rubeū  
infrigidatum vero iterum efficitur candidum  
atq̄ durū, et quāuis sit grossum et materiale  
respectu auri/ tamen post aurum in valore et  
precio obtinet inter metalla principatum, nā  
eius scortia siue spuma vulnera sanat et replet  
et carnes superfluas in eis crescere non permit-  
tit acatrices inducit/ sordes corporis munda-  
ficat/ cancerum a fetore custodit/ confortat flu-  
xibilia membra et constringit/ ex contactu ter-  
re rubiginem contrahit, sed ex arene et salis  
confricatione colorem pristinum recipit et re-  
sumit.

**A**Damas est lapis indicis parvus  
et indecorus ferrugineum habes  
et splendorem cristallinum, nun-  
quam tamen ultra magnitudines  
nuclei auelane est repletus, h nulli cedit materie  
nec ferro quidem nec igni nec vnq̄ incalescit,



unde a grecis vis indomita appellatur. s; cū sit inuicis ferri ignisq; contemptor rumpitur sanguine hirci calido et recenti. cuius fragmenti sculptores in signandis gemmis et perforandis videntur hic differt in hoc a magnete quia positus adamas iuxta ferrum non patitur illud attrahi a magnete immo retrahit quā daz violentiam ferruz a magnete lapide sic attrahit. Dicitur hic lapis more electri venena reprehendere / metus varios expellere / et maleficus amarus obuiare (hucusq; Isid. li. xvi. c. de cristallis) Dicitur hic lapis more electri venena reprehendere / metus varios expellere / et maleficus amarus obuiare (hucusq; Isid. li. xvi. c. de cristallis) Dicitur hic lapis more electri venena reprehendere / metus varios expellere / et maleficus amarus obuiare (hucusq; Isid. li. xvi. c. de cristallis)

**A**chistus lapis est indicus qui inter gemmas purpureas obtinet principatum. ut dicit Isid. Est autem amethystus colore purpureo et violato permixtus quasi rosa. nitens et leuiter fundens quosdam flammulas et emittentes (Isido) alterum eius genus descendit ad iacinctū nō ex toto igneum. sed vini colorem habens. Et sunt species eius quinque secundum Isidorū Sed ut dicit dia. purpureus nobilior est et alius vtilior. Nam virtus eius contra ebrietatem est et facit vigilem et malam repellit cogitationem et bonum profert intellectus. et inest ei mollicies ad sculpandum.

**A**chades est gemma nigra habens albas venas et dicitur achades a flumine eiusdem nominis existens in aetolia. iuxta quem gemma primitus est inuenta (ut dicit Isid.) modo autē in pluribus regionibus inuenitur. Est etiam quoddam genus creticum (ut dicit dia.) cum venis cereis aliud genus est indicum varium cum guttulis sanguineis. primum enim genus ut dicit Isid. creditur valere magicis artibus. Nam cum ipsa tempestates auerunt. sistunt flumina sicut dicunt idem. Item genus etiam vtile est secundum dia. ad regum fortunas et simulacra monstranda somniorum. Creticum autē genus mutat pericula. gratum facit et placente et persuasorem et faciendum et vires profert. Zeruus ge-

genus s; indicum visum fouet contra sitim potest contra venenum valet et accessio eius odoriferus est. ut dicit dia.

**A**beston archadie. est lapis ferrei coloris ab igne nomen sortitus eo quod semel accensus nunquam extinguatur de quo fabricatum est quid mechanicum. de quo gentiles capti sacrilegio. mirabantur. In quodam templo enim veneris erat factum candelabrum. in quo erat lucerna sic ardens. ut nulla tempestate nullo imbri extingui possent ut dicit Isid. li. xvi. c. de lapidibus.

**A**byssos est gemma nigra pōde rosa distincta venis rubentibus. hec calefacta igni septem diebus colorem tenet. ut dicit Isidorus. de gemmis nigris.

**A**bandina est gemma dicta ab alabanda regione asie. cuius color similis est calcedonio s; rarior. ut dicit Isid. secundum dia. autē alabandina est gemma clara et subrufa. ut dicitur cuius virtus est sanguinem puocare et augmētare

**A**rgiristis est gemma argenteo similis habens stigmata aurea cui similis est in calore adromaia. Est etiam lapis cuius color est argenteus ut dicit Isid. cuius est forma quadrangula sicut ibessi. et fortitudo sicut adamantini. hoc putant magi nomen impositum ab eo quod animorum impetus vel iracundias creditur refrenare. ut dicit Isid. in. c. de gemmis aureis.

**A**strion est gemma indica cristallo propinqua. in cuius centro lucet stella. fulgore lune plene. Sic autē dicitur ab astris. eo quod eis opposita fulgorem rapit. ut dicit Isid. c. de cristallis

**A**lectorius est lapis qui inuenitur in ventriculis gallinaceis cristallo obscuro similis. cuius vltima magnitudo est ad fabae quantitatem. hic incertamine secundum magis creditur reddere homines insuperabiles et inuictos. ut dicitur in lapidario. De hac gemma dicit dia. alectorius lapis exorat venerem gratum facit et constantem viciorum discretum et oratorem amicos reformat et reprimit in ore sitim.

**A**sterides est gemma candida inclusam continens lucem sicut stellam inuisibilem ambulantiem. redditque solis radios candidantes.



# De lapidibus et metallis

**M**argarites est lapis vel gēma a qua si vestis fuerit contracta contra ignem resistit. et si igni imponatur non ardebit. sed splendore accepto nitidior apparebit. et est similis allumini salsili omnibus magorum maleficis obuians et resistens. ut dicit. Irido. li. xv.

**B**auximē terre est gleba limosa et viscosa in locis precipue palustribus generata. Est autem secundum Iridum. li. xvi. c. ij. quedam terra glutinosa que iuxta locum alphalti in iudea reperitur. et natura est ardens et ignium cognata. et est tante tenacitatis quod nec aqua nec ferro corrumpitur sed solum sanguine menstruali. Est autem vnt ad nauium copaginationem. de hoc bitumine dicitur in plateareo asphaltum id est bitumen iudaeum est calidum et siccum in tertio gradu et est terra nigri coloris et ponderosa et feuda. et est terra (ut dicunt aliqui) de spuma maris mortui generata. et ad modum terre indurata. Dabit autem virtutem attrahendi / consolidandi et consumendi. et multum valet ad vlcera et vulnera consolidanda. si pulverizetur et sicco vulnere apponatur. et si vulnus fuerit multum longum et latum. Valer etiam ad passiones matris spirituales opprimens. si ponatur super carbones. et fumus eius qui est fetidus super os et nares contrahatur. Valer insuper fleumaticis / nonolentibus / et litargiacis quod fleuma de capite multum purgat. ut dicitur. pla.

**B**erillus est lapis idem viriditate sicut smaragdus. sed in pallore pollicis ab iudis in sex angulas formas. ut coloris ebetudo repercussione angulorum excitetur. aliter autem pollicis non habet fulgorem. Genera autem eius sunt decem. ut dicit Irido. in. c. de viridibus gemis. ubi etiam statim subdit crisobenillus species. sed est berilli cuius pallida viriditas in aureum colorem resplendet. et hunc etiam indus mittit nobis. Berilli virtutes describit dia. dicens. Inter berillos qui magis pallet melior est virtus eius contra pericula hostium et contra lites inuictum reddit et mitem / ingenium bonum adhibet / valet contra vicia epatis et contra spiria / et eruuationes / humidos oculos sanant. manum gestantis exurit si solis oculis opponatur / dominem magnificat / et amorem diligit conjugalem.

**C**alculus est lapillus terre admixtus rotundus atque durissimus purus et ex omni parte leuissimus atque planus. Dicitur autem est calculus eo quod sine molestia sui breuitate et plantis a pedibus concutatur

cui contrarius est scrupulus lapillus sed asperius et minutus / qui si inter pedem et calcem incidit valde nocet. hinc et saxa dicuntur scrupula id est aspera atque dura ut dicit Irido. li. xvi. c. ij. sepe autem calculus in corpore animalis ex calidis et viscosis humoribus / nunc in vesica nunc in renibus generatur (ut dicitur. Constan. Quere supra li. vij. de passionibus renum. capitulum de calculo.

**C**alcis est lapis sic dicitur. eo quod fentis ad incidendum aciat. cons enim greco sermone / incisio dicitur (ut dicitur. Irido.) et ex his alie aquarie sunt / alie oleo indigent in acuendo. sed oleum leue / aqua vero aciem acerrimam reddit (ut dicitur. Irido. li. eo. c. ij. hoc autem cons proprium est quod in hoc quod acuendo aliter seruit paulatim se consumit ut dicitur. Gregorius (puluis vero eius ab ipsius substantia resolutus congruit medicine virtutem habet desiccatiuam repercussiuam et sanguinis restrictiuam ut dicitur Constanti.

**C**alcis siue calx est lapis adustus est cuius admixtione cum arena. et aqua fit cementum Est autem calcis dicitur etia viva (ut dicitur. Irido. quod dum sit actu frigida intus in occulto feruentem habet vel continet ignem. ubi profusa aqua / statim ignis erumpit latens. Eius natura aliquod mirum habet. postquam enim arserit / aquis incenditur quibus solet ignis extinguere. oleo vero extinguitur quo solet ignis accendi usus enim eius est fabrice necessarius. nam lapis lapidi non potest herere fortius / nisi calce sit coniunctus. Calcis autem que fit ex lapide albo et duro / melior est structura ex molli vero vtilior est in tectis (hucusque Irido. li. xvi. c. ij. Calx autem (secundum plate.) calida est. et sicca in quarto gradu / que mixta cum oleo pustulas et vulnera putida iuuat et incisiones bene consolidat. carne superflua corrodit. nec in vulnere crescere permittit. Calx viva cum auri pigmento et aqua admodum pulvis decocta. pilos cadere facit quia suo acumine poros aperit. ut dicitur constantius et platearius.

**C**ementum est calcis et barrene cum aqua temperata coniunctio et mixtura que ad lapides coniungendos et pletes linicos et dealbados sume est necessaria. in picturis et coloribus parietum primum fundamentum et precipuum est cementum melius autem adheret pteri humefacto et maxime si fuerit de plastro siue de gypso.



Nam ut dicit Isido. caldis est cognatum. opus  
mū aut omnium est de lapide speculari factus  
cimentum qui lapis translucet velut vitrum et  
et multum scissilis in tenues crustas. ut dicit.  
Isi. et est idem quod plastrum quod in greco  
dicitur gipsum. in teutonico speratalo nūcupa  
tur.

**C**arbunculus lapis est preciosissi  
mus sic dicitur. quia ut carbo est ig  
nitus cuius fulgor nec nocte vni  
ditur. lucet enim in tenebris adeo ut flamas ad  
oculos vibret. Genera eius sunt. xij. sed p̄stan  
tiores sunt qui fulgent et emittunt radios sicut  
ignis ut. d. Isi. li. xvi. c. xij. (ibidem subditur)  
carbunculus grece antrax dicitur. gignit in libia apud  
trogoditas. Inter has. xij. species p̄cellit auerozi  
tate qui ignei est coloris sed candida vena pre  
cinctus. cuius est proprium. quod p̄catus in igne  
velut mortuus carbo extinguitur. sed aqua p̄  
fusus exardescit. Alia est species carbunculi nomine  
sandasicus a loco indie ubi inuenit sic dicitur  
in eius specie. velut intra lucidos ignes appa  
rent quedam gutte. quibus auree et hec gemma est  
p̄cipue incōpabilis respectu aliarum. Alia est species  
que lucius appellatur a lucerna. fragrantia  
sic dicitur. et hanc gemmam remissum carbunculum  
dicunt. et est duplex. Una que ut purpura ra  
diat. altera velut cocanei coloris seu ruboris.  
hec a sole vel a trim digitorum calefacta. paleas  
et cartas folia a se rapere dicitur sculpturis resi  
stet si vero aliquando sculpta fuerit dum signa ince  
ra imp̄mit quasi quodam animali morfu p̄ce  
re seam tollit (ut dicit Isi. ibidem.) Ad sp̄m  
carbunculi reducitur balagius qui rubeus et  
p̄ lucidus est. ut. d. dia. et dicitur quod hec species carbū  
culi in vena saphiri inuenitur et ideo ex vicini  
tate saphiri. quandam nebulam ad modum faul  
le circa igne balagine p̄trahit. que circa eius (sup  
ficiem se diffundit. sed hoc patet sensibilibus si  
diligentius contempletur.

**C**risopassius est lapis ethiopicus  
que lux celat. et p̄dit obscuras.  
de nocte enim est igneus de die vero  
aureus ut. d. Isi. ibidem. in die enim quasi eua  
nescens et fulgorem amittens quasi autem ex pale  
scit. Est autem species crisopassij que india nutrit. h  
crisopassij similis est prassio in colore siue por  
ro et respargitur quibusdam guttis auris. ut.  
d. in lapida.

**C**alcedonius est lapis pallidus be  
betem p̄tendens colore quasi me  
dium inter benillū et iacinthū. ut dicitur  
in lapide. nascitur autem apud nasomanas ut fe  
runt. diuino imbri. et inuenitur ad regium

lune plene. ut dicit Isi. li. xvi. non inuenitur  
nisi tricolor. ut. d. lapi. omnia eius genere scul  
ture resistunt / calefactus paleam atrahit (Isi.  
hic lapis p̄foratus et portatus facit vincere cas  
valet contra illusiones demonum et virtutes con  
seruat ut dicit diascorus

**C**risolius est lapis ethiopicus ut  
aurum lucens et ut ignis sann  
lans mari in colore est similis de  
dinans ad virorem. in auro positus et in sin  
stro lacero gestatus dicitur terrere demones et fu  
gare. Inuat contra nimios nocturnos / et me  
lancolia minuit aut depellit / et p̄forat intel  
lectum ut. d. dia. ) Crisoliti quedam species est cri  
solimphis / cuius color de die aureus. de no  
cte vero igneus iudicatur. Est et alia species cri  
soliti que dicitur crisellectus colore aureus. eius a  
spectus de mane pulchrior est. deinde habet af  
eios color / et est ignis capacissimus. que si iuxta  
ignem fuerit citius inflammatur. ut dicit Isi.  
li. xvi. c. de gemmis aureis.

**C**elidonius lapis est modicus ta  
men p̄ciosus. h̄ due sunt species. s. ni  
ger et rufus. De ventre birundinis  
extrahuntur. parui quidem sunt et deforme.  
sed in virtutibus non sunt maioribus impa  
res. imo multis alijs sunt maiores. valet enim  
rufus contra lunaticam passionem et contra insa  
niam et antiquam languorem. facundum facit et  
gratum et placentem. Niger vero valet contra  
nocuos humores et febres et lotus aqua sa  
nat oculos. hec omnia dicuntur in lapidano.

**C**ristallus est lapis relucens clarus  
et colore aquosus. creditur quod sit  
nix vel glacies p̄ multorum annorum  
spacia indurata. vñ et nome greci dederunt. gi  
gnitur autem in asia et in cipro maxime in septen  
trionalibus alpidibus / ubi in estate sol feruentissi  
mus inuenit. et ideo quia annosa et diuina est  
ibi glacies / ideo speciem reddit hanc / que cri  
stallus nominatur. h̄ oppositus solis radijs / adeo  
rapit flammam ut andis fungis igne p̄beat. vñ  
eius ad pocula destinatus. nihil aliud opatur  
quam frigidum facere potest hucusque Isi. li. xvi. c. xij  
De cristallo autem di. dia. Cristallus non vi fr  
goris tantum sed vi magis terrestre itatis in la  
pide induratur Color autem illius glacie est sitis  
huius virtus est contra sitim et ardozem qui tri  
tus cum melle et potatus lacte replet vbera si et  
causa calida lac prius sit amissum. et sump̄t in  
potu valet contra colericam et viscerum passionem.  
si non assit p̄stipato. lapis est lucidus p̄uius. unde lit  
teras et alia que in ea ponuntur manifestat.



## De lapidibus et metallis

Quod autem ex aqua materialiter fiat cristallus dicit Grego. sup. i. eze. habet inquit aqua ex se suavitatem. sed per frigoris vehementiam in cristallo pueritur firmitatem unde eccle. scribitur flauis ventus aquilonis congelauit cristallum etc. et huius assignat aristo. rationem in li. metheo. ibi lapidea de substantijs mineralibus materialiter sunt aqua. vt. d. Ri. rufus. lapides mineralium sunt de aqua. sed quia habent de terre siccitate plus quam liquabilia ideo non congelantur solo frigore aquosa. sed etiam a terre siccitate qua permiscetur. et quia aquosum terre vitreum quandoque super aquam dominatur / vincit frigiditas super dicta. Ex quo patet quod vera est ratio. gregoriij. et eccle. qui dicit quod ex aqua potest cristallus generari.

**C**eramus est lapis cristallo similis ceruleo colore infectus. et est apud germaniam. alter est hispanicus rutilans vt flamma. hi cadunt de locis tonitruum et dicuntur contra vim fulgurum opitulari (vt. di. Ipsi. ibidem. Idem in lapidario vbi dicitur Cum tonar horrendum non fulmiuat igneus ether. Nubibus illisum celo cadit iste lapillus. Qui caste genit hunc a fulmine non ferietur. Nec dormis aut velle quibus affuerit lapis ille. Viris vtriusque est ad plura et causas vincendas. et valent ad dulces somnos. vt dicitur ibidem.

**C**orallus nascitur in mari rubeo. et quod diu regitur aquis lignum est. Statim quando extrahitur et tangitur aere in lapidem induratur. Sunt autem rami eius sub aqua candidi et molles / et extracti cum rethibus rubescunt et lapidificantur (vt dicit Irido. c. de gemis rubeis (et sequitur ibidem) quanto apud nos pretiosa est indica margarita / tanto pretiosior est corallus aqua indos hunc magis dicunt resistere contra fulmen (Ipsidorus) Idem dicitur in lapida. Ipsius est aie zoroastes mira potestas. fulmina thipbonas tempestatesque repellit a quocumque generatur. Est autem duplex albus et rufus. et nunquam ultra semipedem longior inuenitur Rufus maxime valet contra omnem fluxum sanguinis / contra epilepsiam / et contra diabolica et varia monstra multiplicat fructus / et expedit fines et principia negotiorum.

**C**orneolus lapis est rufus et obscurus vtilis tamen est et pretiosus. qui in collo suspensus vel digito portatus in disceptando surgentes mitigat. Sanguis ex membro sistit quemcumque feruore Praecipue tale patitur si femina fluxu. vt. d. in lapi.

**D**ionisia lapis est niger vel fuscus rubentibus venis spersus vocatur autem ita quia si aqua mixta conteratur vinum flagrat et tamen quod in illo murum est ebrietati resistit vt dicit Ipsi. li. xvi.

**D**iodorus lapis est pallidus lucens vt benillus. est aptus ad responsa a demonibus optinenda. excitat enim demones / et fantasmata Et si defuncto quis forsitan applicet illum. Protinus asseritur solitas amittere vires. Nam sacer hic lapis est et que mors stemit abhorret. sicut dicitur in lapidario

**E**s a splendore aeris est vocatum vt dicit Ipsi. apud antiquos enim antequam ferri cognitus fuit usus ere quippe primi perscandebant terram. et belli certamina pangebant tunc aurum et argentum reciebant. Nunc vero aurum in summo honore est. Sic voluenda etas commutat tempora rerum. verba sunt Ipsi. li. xvi. Idem autem est es et cuprum quia vtriusque ex eodem lapide per decoctionem ignis resoluitur. lapis enim calore resolutus in es vertitur. Job. xviii. Laponitur autem es siue cuprum sicut et alia metalla ex sulphure et argento viuo. sed hoc accidit quando plus est de sulphure quam de argento viuo / et sulphur est terreum non purum rubeum habens colorem adurentem. argentum vero viuum mediocre nec nimis grossum / nec nimis subtile. ex tali mixture es generatur. sicut dicit aristo. Sicut autem dicit Ipsi. c. de ere. Es si fuerit admixtum cum alijs metallis / colorem mutat pariter et virtutem. vt patet in auricalco et in ere cochio quod cum diuersis metallis est coniunctum. quoddam est album ad morem argenti accedens. aliud fuscum auri speciem exprimit tertium in quo cunctorum est temperies Est et aliud genus quod dicitur coronarium / quod seorsum ex ductu liere in laminas attenuatur. et felle tauri tingitur speciem auri pretendit in coronis histionum. unde et coronarium est vocatum. Es autem quod ductile est et malleo producit regulari appellatur. sed contra fusile quod tantum funditur. sed quod fusile est / sub malleo fragile est. Quando autem es bene purgatur et ab omnibus vicijs excutitur ductile efficitur et regulare. Omne autem es in frigore magno melius funditur. Es celerius rubiginem contrahit. nisi oleo purgatur. Item in omnia metalla es vocalissimum est et maxime potestatis (huiusque Ipsi. li. xvi.) maxime iuuenit sui tubarum et timpanarum propter suam sonoritatem et durabilitatem. lapis quoque bene decoctus est. maxime duricie et compactionis.



vnde non facile frangitur. prius enim rupis igne fortissimo exurit. occies aut vel nonies comburitur antequam perfecte extrahatur de lapide et purgetur. sicut multi sepius certissime afferunt in loco ubi fuerunt eris purgatores. Vasa enea rubiginosa sunt et erugiosa. nisi sepius arena aspersa confricentur olfactu etiam et gustu sunt abominabilia nisi cum stagnis sint linita. Es etiam si sine stagno fuerit de facili vitur et crematur (vt dicit. Jsid. capitulo de stanno) Es vero exustum et puluerisatum (vt dicit in platerio) habet virtutem dissoluedi consumendi. extenuandi et timores noxios expurgandi vulnera sanandi caliginem oculorum purgat superfluas carnes corrodit et ulterius crescere non permittit. vt. d. platea. et etiam diasco.

**E**lectrum est vocatum eo quod ad solis radii auro datus luceat et argenteo. Nam sol elector dicitur. efficaciter enim est hoc metallum omnibus metallis et nobilissimum. huius tria sunt genera. vnum quod ex vna arbore fluit quod succum dicitur quoniam enim primo fluit de arbore est liquidum gummi. sed post induratur calore vel frigore in duriciem lapidis perspicui vel crystalli. Alter genus metallum dicitur quod inuenitur in greca. Dabatur tertium quod fit de tribus partibus auri et vna argenti. Electrum vero quod naturale est illius est nature vt in conuiuio ad luminaria datus cunctis metallis fulgeat et venenum perdat. Nam si infundas stidorum edit et in colores varios in modum arcus celestis semutare subito consuevit (hucusque Jsid. li. xvi. de metallis De electo autem artificiali dicitur super eze. dum aurum inquit. grego. miscetur cum argento argentum ad claritatem crescit. aurum autem cum claritate argenti temperatam virtutem suam non perdit. sed tantummodo ad decorem coadmixti argenti aliquantulum expalescit. Electrum etiam verum a quibusdam arpagos dicitur eo quod attritu digitorum accepta caloris anima folia et paleas et vestimentorum fimbrias rapiat et attrahat sicut magnes ferrum (vt. d. Jsi. li. xvi. ca. de rubris gemmis) De facili autem quocumque modo homo voluerit recipit colorem et tincturam. vnde de radice anase et coebilio de facili inficitur. vt dicit. idem ibidem.

**E**thites lapis est indicus et persicus qui in littoribus oceanum infimum in India maris quod persici inuenitur. Est autem lapis coloris puniceus. sicut dicitur in lapida. Et est duplex. vt. d. Jsi. scilicet masculus et feia. vnum quod in nidis aquilarum inueniunt. nec sine his parere potest aquila. et ideo aquila istos lapides seruat in nido suo. Vorum masculus du-

rus est similis galle et subrunilas. femine vero mollis est. Di lapilli alligati curibus parientis faciunt partus celeritatem et etiam faciunt aliquando abortire. si nimis diu ibi dimittantur. et aliquid eradit vulue nisi cito a parientibus auferantur (vt. di. Jsi. li. xvi. c. iij) Dicit etiam lapis more pregnantis alium lapidem in se tenet clausum (vt. di. di.) et in lapide dicitur. Continet huiusmodi pregnantis more lapillum. eius virtus est conferre sobrietatem / auget diuitias et amorem / et facit vicorem et fauorabilem. et caducorum prohibet casum. Si de veneni fraude aliquis suspectus fuerit / si reus fuerit / hic lapis sub cibo eius positus / abum deglutire non permittit. quod si lapis subtractus fuerit / abum deglutire non tardabit.

**E**thites est lapis rufus ferrugineus affricus et indicus ac arabicus sic dicitur. eo quod calore resolutus in colore sanguineum mox erumpit (vt. di. Jsid. Vallet contra vesice fluxum et oculorum dolores / contra venenum / et serpentis morsum et ventris fluxum. omnem sanguinem stringit / et maxime muliebrem et gingiuarum. vt. d. diasco. In platea. autem dicitur frigide esse et sicce complexionis. et habet virtutem stringendi fluxum sanguinis. ab emat quod est sanguis et ethites quod est sisto tis. vnde valet emoreicis et sanguinem vomentibus. et dissenterias singulare presidium est.

**E**lectropia gemma viridis est cum guttis puniceis venis sanguineis superpersa. et sic dicitur ab effectu. quod si ponitur in aqua radijs solis opposita / ebullire facit. aqua in vase posita resoluit in nebulam / et post paululum resoluitur in guttulas pluuiales. De eadem etiam gemma videtur posse facere mira. Nam posita in pelui aqua clara radijs solis mutat et ex aeris repercussione obumbrare videtur radioz solarium claritatem et quendam inducere in aere sanguineum colorem ac si sol ex interpositione corporis lunaris ad solem eclipticas parti tenebras videatur. et ideo quod ita videtur solis posse mutare claritatem electropia. i. sol auersio nuncupatur. et B expresse dicit Jsid. et diasco. In lapida. dicitur. Ex re nomen habens / est electropia gemma. Que solis radijs in aqua subiecta vaallo. Sanguinem reddit mutato lumine solem. Eclipsimque nouam temis effundere regit. et. Et dicit Jsid. quod ita manifestat incantatorum stultitiam et magorum qui in suis prodigijs gloriantur.



Illud est hominum aspectus in his que opantur/sicut facit gemma supradicta de qua exēplificando dicitur quod herba eiusdem nominis cum quibusdam precationibus padditis fallendo visum inuentum facit portantem hominem non videri. In multis alijs est gemma hec comendabilis quia sanguinem stringit/venena tollit/nec poterit falli qui eum gesserit.

**E**nidros parvus lapis est et modicus perpetuis distillat guttis nec tamen liquefit vino/nec efficitur aliquo modo minor. vñ dicitur in lapida. Perpetuis fletus lacrimis distillat/enidros. Qui velut ex pleni fontis scaturigine manat. Et dicitur ibidem. quod difficile est huius reddere rationem. quia si gutta defluit de lapidis substantia quare non minor efficitur vel omnino liquefat. Si vero res vel aliud ingreditur quid est quod ingrediens non repellit egredientem. potest tamen esse ut mihi videtur quod virtus lapidis condensat in aquam aerem sibi vicinam propinquam etiam videtur exire de substantia lapidis quod egreditur de substantia aeris circumstantis.

**E**pistites est lapillus rutilans et rubicundus qui ex parte cordis gestaturum seruat. compescit seditiones cohercet locustas et volucres steriles nebulas ac gradines a fructibus terre. et qui opponit soli ignem et radios emittit et si hunc lapidem in aquam tenentem proieceris cessat eius ebullitio. et post modicum frigescat. vt dicitur. isid. et dicitur.

**E**coliceros lapis est sic dicitur eo quod. lx. coloribus est distinctus et est puus valde. efficit oculos inuentis hominis tremulosos. et in libia apud trogoditas inuenitur talis lapis.

**F**erum a feriendo est dictum. vt dicitur Isid. Sua enim duritia ferit/domat/et concutit omnia genera metallorum. quod quidem quauis de terra origine probat/durissimum tamen est et solidissimum. et ideo omnia alia feriendo promit et dilatat. et h. vt dicitur. Isido. iuxta terre genus nomen assumpsit. et materialiter variatur. quia secundum hoc magis durum vel minus inuenitur. Generatur autem ferrum (secundum aristot.) ex argento viuo grosso non mundo neque poroso terreo et sulphure grosso componitur/in cuius compositio est de predicto sulphure quod de argento viuo. vñ propter dominium frigidum et sicca et terrei ferrum frigidum et sicca est/et valde durum est in suis partibus et compactum. et quia minus habet in se aere aquei et humidum quam alia metalla. ideo ad resolendum in igne difficile est et graue ad remol-

liendum. vt dicit Rich. ferramenta vero cum oleo tempore mos est ne aque frigiditate nimium indurentur (vt dicit Isid.) ferrum ex sanguinis contactu citissime rubiginem contrahit/et cum eius substantiam subintraverit/vix recedit. vt dicit Isid. rubigo est ferri vicium rodens ferrum quod ei accidit vel sue substantie in puritate siue ex terre contractu et vicinate. siue ex sanguinis siue cuiuslibet infecti aut humidum vaporis qualitate (et subdit idem) a ferro inquit sanguis humanus effunditur/sed se vlciscitur ferro. quia de nulla ita cito per rubiginem consumitur/sicut quam sanguine humano mundatur. cum adamante concordiam habet. vñ et adamas ipsum attrahit. et ipsum attractum etiam mediante vase argenteo vel eneo ipsum sequitur quia ei subicitur et obedit. si ferrum bene politum a lumine vel a eto linitum fuerit similitudinem erit aeri/rubiginem carebit politum ferrum si cerusa vel medulla ceruina fuerit plinitum (Isido) ferrum candens si in vino vel in lacte sepius extinctum fuerit ipsum vinum splenicis et alijs morbidis medicinali facit vt dicitur. Constan. ferrum etiam vt dicitur. Isido. accensum igni nisi induretur ictibus corrumpitur/rubens in igne non est vtile ad medendum antequam albescere incipiat vel albere. Plus ferri vtilior est homini in pluribus quam usus auri/quis plus diligitur auri species ab auaris. sine ferro respublica tute non agitur. quia sine eius metu securitas ab hostibus non habetur. ferro communis iusticia regitur tuetur. innocenta et improborum audacia ferri metu cohercet. sine ferro nullum fere opus mechanicum vix proficitur/nullum edificium constructur/agricultura nullatenus exercetur. Et ideo secundum Isidorum est dictum ferrum. eo quod ferra id est semina parat. quia sine ferro nec panis de terra acquiritur nec etiam parat. panis sine ferro congrue non diuiditur/vt in usum cibi ab homine assumatur. Item ferum ferro acuitur vt dicit Salomon. Nam confectione mutua eberata ferri facies iterum attenuatur. et sic acuit vt inde facilius quodlibet incidat. Scoriam dicitur ferri imunditia quod in igne excoquitur et sic dicitur eo quod de ferro violentia ignis sit excussa. vt dicit Isido.

**F**erugo est limatura ferri sicut squama. Et est illud quod euolat ex percussione ferri et habet virtutem siccandi et attenuandi. et ideo valet contra opilationem splenis vomitum tamen potenter excitat in tantum quod aliquando ducit ad mortem nisi puluerem adamantis vel aquam in qua per noctem iacuerit eius violentia reprimat. et emoroidas dicitur esse puluis eius optimus.



Differantiam et fluxum ventris stringit ut i pla  
rea. ferrugo enim dicitur ferri rubigo et corro  
sio dicta a corrodingo dicitur tamen proprie e  
rugo ab erodendo non ab eramento. ut dicit  
Isido. manus siquidem tangentes inficit et ma  
culam deformem post se relinquit. quanto fer  
rum magis purum et politum. tanto deformius  
et citius a rubigine defecatur et difficilius re  
mouetur. nec de facili deponitur. nisi tribus mo  
dis scilicet per ignis excoctionem vel ferre/vel pl  
me corrosionem/vel per collisionem lapidis/et  
durioris arenule extersionem hoc autem habet pro  
um eruginis infectio quod leui actione reuenerit  
ad locum in quo semel oritur.

**G**leba est terra ex collectione pulue  
ris in vno glomere adunata ut d  
Isi. li. xvi. c. i. terra ei ligata gleba  
est. soluta vero puluis. indurata in glogu ter  
ra semen non recipit/et receptum erumpere i ger  
me non permittit. contracta vero regit semina at  
que nutrit per pluuiam remolita quandam pin  
guedinem in se recolligit quam ad seminum pro  
ductionem radicibus circumfundit. ut d. Grego.  
Aliquando etiam glebe naturam in se continent  
mineralem. et ideo ex glebis diuersarum rerum  
species producantur. sicut d. Grego. sup illud locum  
Job. xxviii. lapides saphiri locus eius. et gle  
be illius aurum.

**G**emma dicitur quod luceat ad instar gu  
mi. ut dicit. Isi. gemme siquidem  
magnum decorem varietate colo  
rum prebent auro. Ideo autem d. Isido. preciose  
quia rare sunt atque care. Omne enim rarum mag  
num et preciosum vocatur sicut scriptum est.  
Erat sermo dei preciosus id est rarus. ut dicit.  
Isido. nec alicui debet videri dubium aut fal  
sum quin sua sit virtus diuinitus insita gem  
mis. quod sicut dicitur in lapida. Ingens est her  
bis virtus sed maxima gemmis. quarum quedam  
in venis terre inueniuntur/et cum metallis effo  
diuntur. quedam a profundo maris euomentur  
et generationis ipsarum locus ignorat. et tales  
gemme sepe in litibus maris et in fluuiorum  
insulis reperiuntur. Quedam in corporibus au  
tum et reptilium sepius precreantur. vnde cum  
autem gemme venerint in credibili virtute re  
periuntur diuinitus insignes quando nobiles  
sunt et vere. Nam ut d. Isido. c. de gemmis au  
reis. In quibusdam autem gemmarum generibus ve  
ras a falsis discernere magna difficultas est.  
Nam sepe ille que sunt false et sophisticae/venis  
videntur esse similes ita ut vix possint vere a  
sophisticis deprehendi. quod quidam (ut d. Isi.) per  
smaragdo vitrum inficiunt arte et fallit oculum

los subdola quedam viriditatis similitudo.  
Sine enim fraude nulla mortalium vita est (Isi.  
omnes autem non translucentes gemmas cecae  
solemus appellare. eo quod densitate sui obscurantur  
(Isidorus) sepe falluntur sic iudicantes.  
quod plus virtutis sepius latet in puulo adamante  
ferrugineo et obscuro quam in cristallo lucidissimo  
vel berillo.

**G**agates est lapis nudus et tamen pre  
ciosus qui primo in cecilia et gagate  
te flumine est reperiendus fluore fluminis  
ad ripam tractus. vnde et nominatus. quam  
uis in britania sit plurimus et eximius. ut d.  
Isidorus. Est autem duplex glaucus scilicet et inger  
niger autem est planus leuis et facile combustibilis  
igni appositus fere sicut thuris incensus autem  
odore suo serpentes fugat. demoniacos perdit  
et demonibus contrarius esse putatur. virgini  
tatem perdit. quia aqua eius bibita/si bibentis  
est virgo non vniabit. si non est virgo statim  
vniam emittet etiam contra voluntatem. ut  
dicit dia. et sic virginitas per lapidem expit. ut  
d. auctores. Item idem lapis tam niger quam glau  
cus attrita digitorum calefactus paleas leues.  
sibi appositas attrahere consuevit. potat autem  
tem confert bidropias quod nocivum consuetudine  
morem. et dicitur confortare epas sua forsitan sic  
citare et etiam occulta qualitate. Item puluis  
eius appositus/dentes roborat debiles et la  
xatos. Item multum dicitur valere contra fantas  
ta et nocuas demonum vexationes. Item eius  
subfumigatio prouocat menstrua quando casu  
aliquo sunt ablata. Item dicitur sedare dolores  
ventris quando stomachus patitur casu ali  
quo subuersionem. Item iuuat prestigias et car  
mina dura resoluit. ut dicitur in lapida. Item val  
de accelerat partum et adiuuat parientem. ut  
dicitur in lapi. vnde si lapis tam grossus et ru  
dis tam mirabilia operatur. nullus propter exteri  
orem faciem vilipendendus est quod diuina virtus  
latens interius ignorat De hoc autem lapide. d.  
Isi. in aqua accenditur. in oleo vero extingui  
tur/quod est mirum.

